Laborantes pro terrenis principibus colligunt lutum, pro Christo autem thesaurum caelestis gloriae. *Dom. VI post Pent.*, v. 8, lit. a.

Quidquid impense diligentis, magnique facimus, pro ejus associatione strenue quoque laboramus. *Dom. XXIII post Pent.*, v. 20, lit. d.

**Laborare.** — Laborare pro Deo, Dei beneficium est, et maximum lacrum nostrum. *Dom. Septuag.*, v. 11, n. 7.

**Lacrymae.** — Lacrymae efficaces sunt ad reinveniendum Christum peccato perditum. *Dom. I post Epiph.*, v. 48, n. 13.

Lacrymae penitentiales sunt semen spiritualis laetitiae. *Dom. II post Epiph.*, v. 9, n. 3.

Lacrymae sunt orationes efficacissimae. *Fer. VI post Dom. IV Quadr.*, v. 32, n. 7, et v. 33, n. 1.

Inestimabiles quidam thesaurus sunt. *Dom. XV post Pent.*, v. 13, n. 12.

Quare effundi debent. *Dom. IX post Pent.*, v. 44, n. 17.

Caelestia nobis gaudia impetrant. *Dom. XI post Pent.*, v. 34, n. 13.

Ignem infernalem extinguunt, errorem demonibus inveniunt, iram Dei placant. *Fest. Pasch.*, v. 1, lit. b.

Vere lacrymae accunt oculos, ut divina videamus. *Dom. III post Pasch.*, v. 20, lit. a.

Jesu qui est risus et gaudium totius mundi, tripliciter lacrymat. *Dom. IX post Pent.*, v. 44, lit. d.

Lacrymae Christi indicia fuere pietatis et misericordiae. *Ibid.*, lit. e.

Cum valde sint pretiose solum ad diluenda peccata nostra sunt impendenda. *Ibid.*, lit. h.

Lacryma tenet et cogit Deum. *Ibid.*

Lacrymae Christi docent nos Deum misericordem simul esse et justum. *Ibid.*, lit. j.

Male lacrymae impenduntur quae non ad peccatum deplorandum. *Dom. XV post Pent.*, v. 13, lit. d.

**Lactitia.** — Vinum quod defuit in Cana est lactitia mundanae symbolum. *Dom. II post Epiph.*, v. 3, lit. e.

Lactitia vera ubi invenitur. *Dom. III post Pasch.*, v. 22, n. 4.

Non reperitur in rebus mutabilibus hujus mundi. *Ibid.*, n. 9.

**Lapsus.** — Permissit Deus David cadere in peccatum et scandalum publicum, quia ex casu istum magnum intendebat elicere bonum. *Dom. IV post Epiph.*, v. 26, lit. e.

**Laqueus.** — Multi laquei, quacumque progredimur. *Dom. IV Adc.*, v. 4, lit. a.

Laqueos innumerabiles nobis tetendit diabolus ut ad peccatum nos extimulet. *Dom. III post Pasch.*, v. 18, lit. a.

In omnes mundi laqueos facile despicit cujus oculus bona divina contemplantur. *Dom. IV post Pasch.*, v. 5, lit. e.

Linguae laqueus periculosissimus est, ut vix illum evadere possimus. *Dom. XXII post Pent.*, v. 15, lit. i.

**Latro bonus.** — Ejus encomia. *Dom. Septuag.*, v. 11, n. 4.

**Laudes.** — Licet inveniamus aliquos qui laudes non quarunt, paucos reperies qui oblatas rejiciant. *Dom. III Adc.*, v. 20, lit. b.

Laudes ex ore, quibus factis et operibus mox contradicitur parvi sunt aestimanda. *Dom. IV Quadr.*, v. 14, lit. n.

**Lazarus.** — Prae canibus contemptui habitus. *Fer. V post Dom. II Quadr.*, v. 21, n. 7.

Passiones suas magni aestimabat. *Ibid.*, v. 25, n. 10.

Probatu per inopiam et infirmitatem penosam non doluit. *Ibid.*, v. 20, n. 10 et 11.

Etymologia nominis ejus. *Ibid.*, v. 20, n. 7.

Fulli magni apud Deum meriti. *Ibid.*, n. 6.

**Lazarus Bethanice.** — Figura est peccatoris. *Fer. VI post Dom. IV Quadr.*, v. 1, n. 3, et v. 33, n. 6.

Quare sit appellatus amicus Christi. *Ibid.*, v. 11, n. 2.

Mors ejus fuit figura mortis Christi. *Ibid.*, v. 15, n. 6.

Post quadrimum fuit resuscitatus, et quid per hoc significetur. *Ibid.*, v. 17, n. 3 et 4.

Ejus sepultura typus est peccatoris inveterati in malo. *Ibid.*, v. 39, n. 13.

Quatuor dies significant quatuor status peccatorum. *Ibid.*, n. 7.

**Lectio.** — Lectio Sacrae Scripturae clavis est caeli. *Dom. XII post Pent.*, v. 26, n. 1.

Non mediocre selet illustrare et colligere mentem. *Dom. VI post Epiph.*, v. 31, lit. a.

Lectio spiritualium librorum, nisi illam ad profectum nostrum ordinemus, perniciosa nobis potius quam utilis est. *Dom. Pass.*, v. 47, lit. e.

Lectio sacra est cibus et nutrimentum animae. *Dom. XII post Pent.*, v. 26, lit. a.

**Legati.** — Ad Joannem missi quas qualitates habuerunt. *Dom. III Adc.*, v. 19, n. 5.

Cur missi fuerint. *Ibid.*, n. 8.

**Lenitas.** — Lenitas et patientia, ea est radix totius philosophiae. *Dom. in Abis.*, v. 21, lit. b.

**Lepra.** — Lepra symbolum est peccati. *Dom. XIII post Pent.*, v. 12, n. 1, et a n. 15 ad 25.

Quid mali causet. *Ibid.*, n. 17 ad 25.

Vesit leprosi cur in ignem projecta fuerit. *Ibid.*, n. 23.

Lepra reddit hominem civiliter mortuum. *Ibid.*, n. 28.

Quotplex sit et quot colores habeat. *Ibid.*, n. 12.

Efficet hominem intolerabilem. *Ibid.*, n. 46.

Hujus morbi defectus horribiles, maxime in peccatum quadrant. *Dom. III post Epiph.*, v. 2, lit. b.

Lepra gravissimus morbus et universalis cancer, gravissimum denotat peccatorem. *Ibid.*, lit. c.

Christus sanaturus lepram, leprosum tangere non veretur. *Dom. III post Epiph.*, v. 3, lit. f.

Lepra est mala societas, cujus efficacia maxima est ad pervertendum nos. *Dom. XIII post Pent.*, v. 12, lit. c.

Cum morbus sit lepra incurabilis et contagiosus, et facile serpat, in sensu morali scandalum representat. *Ibid.*, lit. d.

**Leprosi.** — Leprosi peccatorem adumbrant, qui ex malitia sua Deum deserit, ad quem sine speciali gratia redire nequit. *Dom. XIII post Pent.*, v. 12, lit. e.

Cur se Sacerdotibus presentare debuerint. *Ibid.*, v. 14, n. 7, 8, 9, 10, 11.

Decem leprosi Evangelici signant decem peccatorum genera. *Ibid.*, v. 12, n. 8.

Sommae cavendi sunt qui inficiunt animas. *Dom. III post Epiph.*, v. 2, lit. a.

**Lex Evangelica.** — Mosiacae comparata suavis est. *Dom. Septuag.*, v. 12, n. 10, 11, 12 et 13.

Totius Scripturae amabilior est. *Dom. II Quadr.*, v. 4, n. 6.

Ejus differentia a lege veteri. *Fer. IV post Dom. III Quadr.*, v. 19, n. 3, et *Dom. V post Pent.*, v. 20, n. 16, 17 et 18.

Lex Evangelica, lex amoris in timore fundati. *Dom. I Adc.*, v. 25, lit. a.

Onus est allevians et a iugo liberans. *Dom. infra Octav. Nativ.*, v. 33, lit. a.

Plenitudo legis est dilectio. *Dom. II post Epiph.*, v. 5, lit. b.

Aquam veteris Legis Christus veniens in suavissimum vinum mutavit Evangelicum. *Ibid.*, v. 9, lit. d.

Lex data est ut gratia quaereretur; gratia data est ut lex impreteret. *Dom. III post Epiph.*, v. 1, lit. e.

Sine legis observatione nemini in patriam caelestem patebit ingressus. *Dom. V post Epiph.*, v. 25, lit. b.

Hoc magis culpabiles sumus, si legem bonam colimus et mali cullores sumus. *Ibid.*, v. 27, lit. b.

Lex et praecepta Dei solo amore suaviter redduntur. *Dom. Septuag.*, v. 7, lit. d.

Christus voluit ut discipuli sui sint legis observatores exactissimi. *Dom. V post Pent.*, v. 20, lit. a.

Lex Evangelica basi charitatis innititur. *Ibid.*, v. 20, lit. e.

Lex Evangelica lex est dilectionis concordiae et pacis. *Dom. XIII post Pent.*, v. 14, lit. a.

Observari debet lex propter gravitatem majorem vel minorem rei praecepta, sed multo magis propter auctoritatem praecipientis. *Dom. XVII post Pent.*, v. 36, lit. a.

**Lex Mosaeica.** — Lex Mosaeica continebat 613 praecepta. *Dom. Septuag.*, v. 12, n. 10.

In castigandis delictis severa fuit. *Dom. V post Pent.*, v. 20, n. 15.

Continebat triplicis generis praecepta, moralia, judicialia, caeremonialia. *Dom. XVII post Pent.*, v. 36, n. 2.

Qualiter denominata fuerit. *Dom. XII post Pent.*, v. 23, n. 4.

Jugum erat insupportabile. *Dom. XVIII post Pent.*, v. 8, n. 6.

**Liberalitas.** — Liberalitas Dei in hominem. *Dom. Septuag.*, v. 14, n. 10.

Quantum sit. *Ibid.*, v. 8 et 9.

Liberalis nos esse conditio erga Deum in praestandis operibus supererogationis. *Dom. I post Epiph.*, v. 42, lit. b.

Magna Dei liberalitas in eos qui desiderio ardent ejus amoris. *Dom. II post Epiph.*, v. 11, lit. d.

Nullus quantumvis in minimo Deo serviens a maximis beneficiis ejus erit immunis. *Dom. Septuag.*, v. 3, lit. f.

Liberalitas in pauperes non minuit sed auget bona et divitias. *Dom. IV Quadr.*, v. 13, lit. a.

Liberalis Dens ubi videt quemque in sui sequela perseverare, parat opem et abundantem relictum. *Dom. VI post Pent.*, v. 2, lit. b.

**Libertas.** — Bonus, etiam si serviat, liber est; malus autem, etiam si regnet, servus est. *Dom. Palm.*, v. 2, lit. e.

Deus vehementer nostram salutem desiderat et promovet, sed libertatem nostram non tollit. *Dom. II post Pent.*, v. 16, lit. f.

Non minuit Deus nostram libertatem, vocatione sua, vel nos intrare compellens. *Ibid.*, v. 23, lit. a.

Libertate intemperanter abuti punitio Dei est. *Dom. XX post Pent.*, v. 46, lit. g.

**Libido.** — Vinculum est; nos ut mancipia in manibus demonis continet. *Fer. V post Dom. II Quadr.*, v. 38, n. 18.

Est ignis, quem Sacramentum Eucharistiae extinguit. *Dom. II post Pent.*, v. 20, n. 8. Vide LUXURIA.

**Libri.** — Qualiter cum fractu legendi. *Dom. XXIV post Pent.*, v. 15, n. 10.

Ex libris spiritualibus lectis hauritur spiritus, devotio, fervor in via Dei et quavis alia virtus. *Dom. XII post Pent.*, v. 26, lit. a.

**Lilia.** — Lilia maximis encomiis sublimantur a Christo quia virginitatem praefigunt. *Dom. XIV post Pent.*, v. 28, lit. a.

**Lingua.** — Membrum parvum iniquitate scatet. *Fer. V post Dom. II Quadr.*, v. 24, n. 10.

Lingua epulonis, cur praee aliis membris cruciata fuerit. *Ibid.*, n. 18, 19, 20.

Lingua quam sit lubrica. *Dom. XXII post Pent.*, v. 43, n. 14.

Creata est a Deo ut ipsum laudet. *Dom. XV post Pent.*, v. 45, n. 14.

Est flagellum ignominiosum et injuriosum. *Dom. V post Pent.*, v. 22, n. 27.

Cur binis munitur repagulis. *Dom. XI post Pent.*, v. 35, n. 13.  
 Lingua est principale demonis instrumentum. *Ibid.*, v. 34, n. 14.  
 Est instrumentum quo Deus et magis laudatur et magis offenditur. *Ibid.*, v. 33, n. 27.  
 Custodita, salutis est remedium. *Ibid.*, v. 35, n. 13.  
 Bona, evidens est signum bonitatis animæ. *Dom. XV post Pent.*, v. 13, n. 14.  
 Mala, est instrumentum quo daemon ruinam nostram molitur. *Dom. V post Pent.*, v. 2, n. 12 et 13.  
 Non est profananda quam Deus nobis dedit ad eum glorificandum, et suscipiendam sacrosanctam communionem. *Dom. III Quadr.*, v. 14, lit. k.  
 Mulorum malorum radix et aliorum est vitiorum adiutrix. *Ibid.*, lit. l.  
 Iniquorum lingua nulli parcat. *Ibid.*, v. 15, lit. e.  
 Non recte sed impie lingua datur Deo, et anima diabolo. *Fest. Pent.*, v. 23, lit. e.  
 Digilo iustitia comprimens est. *Dom. XI post Pent.*, v. 33, lit. f.  
 Ingens est malum homini lingua, et multum obest illius saluti. *Ibid.*, v. 34, lit. c.  
 Linguam Deus non auscultat, nisi cordi consentiat. *Dom. XVIII post Pent.*, v. 1, lit. d.  
 Lingua ad prevaricandum lubrica est et facilis. *Dom. XII post Pent.*, v. 15, lit. g.  
**Lites.** — Lites, etiam inter homines bonos, quandoque oriuntur. *Fer. III post Dom. Pass.*, v. 12, n. 1.  
 Qualiter mentem hominis pervertant. *Fer. III post IV Quadr.*, v. 17, n. 8.  
**Litteratura.** — Litteraturæ honores maximam viam habent ad promovendos humanos animos ad iactantiam. *Dom. I Quadr.*, v. 3, lit. e.  
**Litteræ.** — Scripturæ Sacre veluti litteræ sunt quedam a Deo ipso exarata et nobis missæ. *Dom. XXI post Pent.*, v. 23, lit. d.  
**Littus.** — Littus maris, seu statio, significat immortalitatis gloriæ permanentiam. *Dom. IV post Pent.*, v. 1, lit. d.  
**Locutio.** — Nemo bene loquitur nisi qui prius aliquoties bene tacere novit. *Dom. II Adv.*, v. 3, lit. f.  
 Antequam homo incipiat loqui examinare se debet qua de causa ad loquendum movetur. *Ibid.*  
 Nullus scilicet fructuose loqui, qui ignorat prudenter tacere. *Dom. XI post Pent.*, v. 33, lit. a.  
 Tacendo quilibet bene loqui discit. *Dom. XXII post Pent.*, v. 15, lit. e.  
**Longanimitas.** — Est patientia Dei, qua nos ad penitentiam expectat. *Fer. VI post Dom. II Quadr.*, v. 33, n. 31.  
 Multa cum longanimitate Deus expectat peccatores ad penitentiam. *Dom. V post Epiph.*, v. 29, lit. c.  
**Lacrum.** — Qui sine spe lucri ad labores advolant, multum promerentur apud Deum. *Dom. Septuag.*, v. 8, lit. c.  
**Luctus.** — Lugeamus dum Ethnici gaudent, ut cum lugero cooperint, gaudeamus. *Dom. III post Pasch.*, v. 20, lit. c.  
**Lumen.** — Fides religionis Christianæ est lumen animæ, ostium vitæ, fundamentum salutis æternæ. *Dom. infra Octav. Nativ.*, v. 34, lit. d.

**Luna.** — Cur in die iudicii sanguinolenta futura. *Dom. I Adv.*, v. 25, n. 16.  
 Significat Ecclesiam. *Ibid.*, n. 17.  
 Et beatam Virginem. *Ibid.*, n. 18.  
**Lupi.** — Lupi oves per gulam invadunt. *Dom. III Quadr.*, v. 14, n. 8.  
 Adhuc dum catuli sunt sanguine gaudent. *Dom. XXII post Pent.*, v. 16, n. 3.  
 Quando ipsi primo vident pastores, vocem his eripiunt. *Dom. VII post Pent.*, v. 15, n. 15.  
 Gregi occulte insidiantur. *Dom. II post Pasch.*, v. 12, n. 6.  
 Eum dissipant, pastore commoditatis sue vacante. *Ibid.*, n. 18.  
 Lupus infernalis divisiones inter oves Christi movet. *Ibid.*, v. 12, lit. e.  
 Lupus ovem guttur primum apprehendit, nec et genere permittit. *Ibid.*, lit. c, d.  
**Lutum.** — Oculis impositum superbie medetur. *Fer. IV post Dom. IV Quadr.*, v. 5, n. 18.  
 Sufficit ad acquirendum perfectam notitiam Dei. *Ibid.*, n. 16.  
 Cur a Christo oculis cæci nati impositum. *Ibid.*, v. 15 et 16.  
 Quam ob rationem Deus corpus hominis ex luto edificaverit. *Dom. III post Epiph.*, v. 9, lit. a.  
**Luxuria.** — A vera nos fide seducit. *Dom. II post Pasch.*, v. 20, n. 6.  
 Vitium carnis excecet intellectum, similesque nos bestiis reddit. *Dom. IV post Pasch.*, v. 8, lit. b.  
 Vitium carnis consumit omnia bona gratiæ et nature. *Dom. II post Pent.*, v. 20, lit. a.  
 Correctio peccati carnalis de cordis perfectione descendit. *Dom. V post Pent.*, v. 21, lit. a.  
 Vitium carnis sectatores suos ad æternam perditionem perducit. *Dom. XV post Pent.*, v. 12, lit. c.  
 Tam sapiens quam stultus aliquando in luxuriam ruunt. *Dom. XVI post Pent.*, v. 5, lit. b.

## M

**Maceratio.** — Maceratio seu castigatio carnis multum valet ad appetitus carnales coercentes. *Dom. infra Octav. Nativ.*, v. 37, lit. a.  
 In maceratione carnis etiam strictissimi religiosi a peccatoribus superantur. *Dom. II post Pent.*, v. 19, lit. d.  
 Diabolus insinuat et suggerit ferventioribus rigores, austeritates et penitentias indiscretas. *Dom. XXII post Pent.*, v. 16, lit. e. Vide *MORTIFICATIO*.  
**Macula.** — Macula animæ foedatrix in quo consistat. *Fer. IV post Dom. III Quadr.*, v. 11, n. 2.  
 Labes peccati quam turpis sit et quid ad eam delendam desideretur. *Ibid.*, v. 20, n. 1 et 2.  
 Manuum et oris macula que sit. *Ibid.*, v. 11, n. 8.  
**Magdalena.** — Magdalena Christianam in sepulchro quærens, nos docet eum inventiendi modum. *Dom. I post Epiph.*, v. 48, n. 12.  
 Christo occurrit. *Fer. VI post Dom. IV Quadr.*, v. 29, n. 1.  
 Christi pedibus advoluta, peccatum suum confitetur. *Ibid.*, v. 32, n. 1 et 2.  
 Didicit ab eo humilitatem. *Ibid.*, n. 4.  
 Corpus Christi, omni studio, post mortem inquirebat,

ut ab omni injuria ulterius inferenda tueretur illud. *Fest. Pent.*, v. 23, lit. g.  
 Unico in momento ad sanctitatis pertigit fastigium, quia dilexit multum. *Dom. XIII post Pent.*, v. 14, lit. b.  
**Magi.** — Ut sacramentum fidei suæ manifestet, quod cordibus credunt, muneribus protestantur. *Dom. XVIII post Pent.*, v. 2, lit. a.  
**Magister.** — Magister malus similis est lupus rapacibus. *Dom. VII post Pent.*, v. 15, n. 14.  
 Quis dici possit magister. *Fer. III post Dom. II Quadr.*, v. 8, n. 3.  
**Magnitudo.** — Tunc vera magnitudo splendet, quando de ejus exuberantia, multi participant. *Dom. II post Pent.*, v. 16, lit. e.  
**Mahometani.** — Cur veram fidem non amplectantur. *Fer. III post Dom. IV Quadr.*, v. 17, n. 5.  
**Malchus.** — Malchus primus omnium Christum comprehendere presumpsit et ei alapam dare. *Dom. VII post Pent.*, v. 15, lit. c.  
**Malignus.** — Malignus et depravatus se erigit et opponit contra justum. *Dom. IV post Pasch.*, v. 8, lit. i.  
**Malignitas.** — Malignitas demonis in nostrum bonum ordinat Deus. *Dom. V post Epiph.*, v. 28, lit. b.  
 Magis damnabilis est malignitas, quam titulus bonitatis excusat. *Fest. Pent.*, v. 23, lit. c.  
 Malignitas peccatorum qua justo nocere conantur, in eorum perniciem revertitur. *Dom. IX post Pent.*, v. 43, lit. b.  
 Valde fatua est malignitas, quæ in alieno capite experimentum non sumit, ut sibi noxia valeat devitare. *Dom. XVII post Pent.*, v. 35, lit. b.  
**Malum.** — Malum bono deservit. *Dom. V post Epiph.*, v. 20, n. 9.  
 A nobis ipsis non a Deo provenit. *Fer. II post Dom. III Quadr.*, v. 23, n. 18.  
 De malo proximi non est letandum. *Fer. VII post Dom. IV Quadr.*, v. 15, n. 1.  
 Melius judicavi Deus de malis benefacere quam mala nulla esse permittere. *Dom. V post Epiph.*, v. 28, lit. b.  
 Nullus nobis remaneat terror, in omnibus malis, si consideremus quam breviter transeant, et mirabiliter remunerentur. *Dom. IV post Pasch.*, v. 6, lit. b.  
 Bonitas divina ex malis que impii et mundani contra justos machinantur, præclara bona elicit. *Dom. infra Octav. Ascens.*, cap. xv, v. 2, lit. a.  
 Dei proprium est ex malis elicere bona, odijque demonis in nostram convertere salutem. *Dom. II post Pent.*, v. 17, lit. c.  
 Transitus a malo ad bonum, subito et sine mora fieri debet. *Dom. XV post Pent.*, v. 15, lit. a.  
 Deus nullo modo sinerit mali aliquid esse in operibus suis, nisi benefeceret etiam de malo. *Dom. XVI post Pent.*, v. 2, lit. f.  
 Quod ex bono elicatur malum diaboli opus est; Christus autem ex malo bonum elicit. *Dom. XVII post Pent.*, v. 41, lit. a.  
**Mamma.** — Nomen est demonis qui tentat ad divitias acquirendas. *Dom. VIII post Pent.*, v. 9, n. 2.  
**Mandata.** — Quæ Deus nobis observanda proposuit ad nostram utilitatem dirigunt. *Dom. infra Octav. Nativ.*, v. 33, lit. a.  
 Mandata Dei non sunt gravia sed potius summe facilia. *Dom. II post Epiph.*, v. 5, lit. b.  
 Ex observatione mandatorum dignoscitur quod quis Deum vere amet. *Fest. Pent.*, v. 23, lit. e.  
**Manna.** — Cur symbolum sit Sacramenti. *Dom. V post Pent.*, v. 23, n. 11.  
 Manna, quæ Eucharistiam figurabat, sapor variabat, juxta beneplacitum et dispositiones manducantium. *Fest. Pasch.*, v. 3, lit. a.  
 Non Ægyptus sed anima penitentis desertum, consolationum manna spiritualium meruit repleri. *Dom. III post Pasch.*, v. 18, lit. b.  
**Mansuetudo.** — Mansuetudo est pretiosissima gemma coronæ regis. *Dom. XXI post Pent.*, v. 30, n. 2.  
 Hominem Deo assimilat. *Fer. VI Cin.*, v. 43, n. 2.  
 Et tribus divinis Personis. *Ibid.*, n. 3.  
 Extinguit iram, multiplicat amicos. *Fer. II post Dom. Pass.*, v. 37, n. 6.  
 Accessus ad Jesum maxime in Sacramento Eucharistiæ omnium naturæ ferocitatem expellit. *Dom. Palm.*, v. 2, lit. i.  
**Mare.** — Mare procellosum designat vitam humanam. *Dom. IV post Epiph.*, v. 26, n. 15.  
 Mare mortalem ac caducam hanc vitam designat. *Dom. IV post Pent.*, v. 1, lit. c.  
**Maria Virgo.** — Maria succurrit non rogata, quanto magis invocata. *Dom. II post Epiph.*, v. 2, n. 4.  
 Beatorum est concipiendo fidem Christi, quam ejus humanitatem. *Dom. III Quadr.*, v. 28, n. 3.  
 Admirabatur super his quæ dicebantur de Filio suo. *Dom. infra Octav. Nativ.*, v. 33, lit. a.  
 Purissimæ Virginis Mariæ gladius cor pertransivit. *Ibid.*, v. 35, lit. a, b, c, d.  
 Sollicita et zelosa in querendo Filio, nobis sit in exemplar. *Dom. I post Epiph.*, v. 43, lit. c.  
 Maria Filio suo vacabat, non ut puero, neque ut viro, sed ut Deo. *Ibid.*, v. 31, lit. e.  
 Magnum humilitatis præbet exemplum non aspernata interesse nuptiis carnalibus. *Dom. II post Epiph.*, v. 1, lit. b.  
 Quibus affectibus et qua methodo defectui vini remedium impetravit. *Ibid.*, v. 3, lit. j.  
 Quid sit Maria Virgini et Filio ejus. *Ibid.*, v. 4, lit. a, b, c, etc.  
 Nos docuit preceptorum divinarum indiscriminatim observantiam. *Ibid.*, v. 5, lit. b.  
 Beata est quia mater est Dei; beatorum quia Verbum Dei custodivit. *Dom. III Quadr.*, v. 28, lit. a.  
 Oportet ut simus fratres Christi ex parte Matris ut tandem simus fratres ex parte Patris. *Dom. infra Octav. Ascens.*, v. 26, lit. b.  
 Virgo Maria mysticum Dei templum silentii post se reliquit exemplum. *Dom. IX post Pent.*, v. 45, lit. c.  
 Sponsa fuit Spiritus Sancti. *Ibid.*  
 Ut virginitatis immaculate servare thesaurum, solitudinem impense coluit. *Dom. XIX post Pent.*, v. 9, lit. b.  
 Visitata ab Angelo turbata est in sermone ejus. *Dom. XXIII post Pent.*, v. 48, lit. b.  
**Martha et Magdalena.** — Quantam habuerint confidentiam in Christum. *Fer. VI post Dom. IV Quadr.*, v. 3, n. 1, et v. 4, n. 2.

A Christo amata sunt. *Ibid.*, v. 5, n. 1 et 2. Vide MAGDALENA.

**S. Martinus.** — Adhuc cathemenus dat pauperi partem pallii sui. *Dom. XV post Pent.*, v. 13, lit. a.

**Martyres.** — Cur tam voluntarie se tormentis exposuerint. *Dom. infra Octav. Ascens.*, v. 1, n. 3.

Permanent immobiles vite perennis gratia. *Dom. Quinq.*, v. 31, lit. b.

Non sua virtute sed Deo auxiliante tribulationum impugnantium superarunt certamina. *Dom. IV Quadr.*, v. 3, lit. a.

Martyrum in tormentis consolationes evidens vere fidei nobis perhibent testimonium. *Dom. III post Pasch.*, v. 20, lit. f.

**Matres.** — Matres ex multis capitibus bene merentur de filiis. *Dom. infra Octav. Ascens.*, v. 2, n. 7 et 14.

Majori quam patres amore feruntur in filios. *Dom. XV post Pent.*, v. 12, n. 17.

Quam sollicitae esse debeant in filiorum educatione. *Fer. V post Dom. I Quadr.*, v. 22, n. 23.

**Matrimonium.** — Quo fine contrahendum ut sit Deo gratum. *Dom. II post Epiph.*, v. 2, n. 4.

Qua cum cautela sit sanctificandum. *Ibid.*, v. 1, n. 4.

In eo inveniunt magis estimanda virtus quam divitiae. *Fer. V post Dom. III Quadr.*, v. 39, n. 7.

Licet sacramentum sit, multi tamen ex eo abutuntur. *Dom. II post Pent.*, v. 20, n. 4.

Matrimonii voluptates, quamvis licitae, obstant tamen ne sumatur Eucharistia, illa animi puritate quae Angelos deest. *Ibid.*, lit. b.

Christus ostendit quod sibi nequaquam displicet status conjugalis. *Dom. XIX post Pent.*, v. 11, lit. a.

**Medicus.** — In curandis pauperibus lucrum quaerentes reprehenduntur. *Dom. III post Epiph.*, v. 7, n. 2.

De ipsis ipsorumque qualitatibus. *Fer. II post Dom. III Quadr.*, v. 24, n. 4, et *Fer. VI post Dom. IV Quadr.*, v. 45, n. 1, et *Dom. VIII post Pent.*, v. 3, n. 8.

Medicus coelestis omnes sanat infirmitates. *Ibid.*, v. 23, n. 2.

Medicus spiritualis tibi eligendus est qui qualitatibus necessariis praeditus sit. *Dom. XI post Pent.*, v. 33, lit. h.

**Medicine.** — Qualiter usurpanda. *Dom. XX post Pent.*, v. 47, n. 8.

**Meditatio.** — Meditatio Passionis, remedium vitiorum. *Dom. Quinq.*, v. 31, n. 4.

Subdici nos a vanitate. *Ibid.*, v. 43, n. 6.

**Mel.** — Mel favebus sapidum, stomacho tamen nocivum, voluptates ad vivum repraesentat. *Dom. II post Epiph.*, v. 10, lit. c.

**Membra.** — Membra quae serviere peccato, gratiae quoque servire debent. *Fer. V post Dom. III Quadr.*, v. 39, n. 16.

**Mendacium.** — Mendacium dicitur habere breves pedes. *Fer. III post Dom. IV Quadr.*, v. 35, n. 2.

Magnam secum infert infamiam. *Dom. Pass.*, v. 52, n. 2.

Primo a demone inventum. *Ibid.*

Demon fuit primus inventor et pater mendacii. *Dom. Pass.*, v. 46, lit. j.

Mendacium pater est innumerabilium peccatorum. *Ibid.*

Multis, magnis et exquisitis indiget testibus, veritas paucis ut credatur. *Ibid.*, lit. l.

Nunquam mentiri licet. *Ibid.*, lit. n.

Mundano homini nil magis familiare quam mentiri. *Dom. II post Pent.*, v. 19, lit. e.

Mendacium comites et sodales habet maledictum, homicidium, furtum et adulterium. *Dom. VII post Pent.*, v. 15, lit. a.

Dei providentia fit, ut lucrum per mendacia comparatum, disperdat. *Dom. IX post Pent.*, v. 43, lit. f.

Qui delectatur in mendaciis, hic in verbis suis omnem perdit auctoritatem. *Dom. XVII post Pent.*, v. 35, lit. c.

Mendacia non diu fallunt. *Dom. XXII post Pent.*, v. 19, lit. a.

**Mendax.** — Mendaces in consiliis suis spe sua cadunt, perdunt omnem fidem. *Dom. XVII post Pent.*, v. 35, lit. c.

Mendaces faciunt ut nec vere dicentibus credatur. *Ibid.*

**Mendicium.** — Omnes homines caeci mendicantes sunt. *Dom. Quinq.*, v. 35, lit. d.

**Mensa.** — Mensa Dei tam est abundans, quantum mensa mundi frugalis est. *Dom. IV Quadr.*, v. 11, n. 21.

Ejus reliquiae danda pauperibus. *Ibid.*, v. 12, n. 11.

Ad mensam nemine consenscit. *Dom. XX post Pent.*, v. 46, lit. d.

**Mercenarius.** — Fugit non quidem corpore, sed animo, dum vitium medicinam non adhibet. *Dom. II post Pasch.*, v. 12, lit. a.

Mercenarius est homo vanae gloriae deditus qui, applausu mundano, vendit bona opera. *Ibid.*, v. 13, lit. a.

**Merces.** — Merces solvenda operariis. *Dom. Septuag.*, v. 8, n. 1.

Quisquis in coelestis Patrifamilias vinea non laboraverit, mercedem sperare non poterit. *Dom. IV post Epiph.*, v. 24, lit. 2.

Nulli merces datur nisi his qui operati sunt. *Dom. I Quadr.*, v. 1, lit. a.

**Merita.** — Non nostra merita sed sua bona Deus coronat in nobis. *Dom. III Ade.*, v. 20, lit. f.

Deus poterat gloriam dare gratis sed vult meritum esse et lucratam. *Dom. Septuag.*, v. 8, lit. b.

Merita nostra melius collocare et assecurare non possumus, quam si illa defunctorum animabus applicemus. *Dom. I post Pent.*, v. 38, lit. d.

Nullus actus virtuosus acceptus est Deo nisi amoris sui caractere consignatus fuerit. *Dom. IV post Pent.*, v. 3, lit. b.

Non est alienis meritis majorum confidendum, sed propriis si adsunt. *Dom. V post Pent.*, v. 20, lit. d.

Peccatum spoliat hominem omnibus meritis honorum operum. *Dom. XXI post Pent.*, v. 24, lit. a.

Meritorum reviscentiam, non vero peccatorum admittentem theologi. *Ibid.*, v. 34, lit. c.

**Messias.** — Messias missus est, non modo ut Hebraeos, sed ut omnes populos illuminaret. *Fer. IV post Dom. IV Quadr.*, v. 21, n. 8. Vide IESUM CHRISTUM.

**Messis.** — Tempus messis dies est iudicii. *Dom. V post Epiph.*, v. 30, lit. f.

**Minae.** — Minae praeservalivae peccatorum. *Fer. VI post Dom. I Quadr.*, v. 14, n. 9.

**Miracula.** — Miracula divina non quaerenda sine necessitate. *Dom. I Quadr.*, v. 7, n. 1.

Cur fieri debeant. *Ibid.*, v. 3, n. 8.

Cur a Christo patrata. *Fer. III post Dom. III Quadr.*, v. 20, n. 5.

Fuere quasi infinita. *Ibid.*

Non verbis sed miraculis et operibus fidem in se plantare voluit Christus Dominus. *Dom. II Ade.*, v. 4, lit. a.

Ad miracula ordinarie recurrendum non est, ubi humana adesse potest industria. *Dom. I post Epiph.*, v. 46, lit. a.

Evangelistae specialissime describunt miracula quae ad sublevandas aliorum miserias patrata sunt. *Dom. I post Pent.*, v. 36, lit. f. g.

Dominus miraculum non faciebat nisi ex necessitate quadam. *Dom. VI post Pent.*, v. 5, lit. a.

**Miseratio.** — Miseratio Domini magna, iustitiam non excludit. *Dom. infra Octav. Nativ.*, v. 34, lit. f.

Inter omnia quae Deo appropriantur, est alius misereri. *Dom. I post Pent.*, v. 36, lit. e.

Saepeus ab hominibus contemnitur miseratio divina. *Dom. XXII post Pent.*, v. 45, lit. h. Vide MISERICORDIA.

**Miseria.** — Qui miseriam sui status considerat, proinus ad Christum curandus accurrere debet. *Dom. III post Epiph.*, v. 2, lit. i.

**Misericordia.** — Misericordia Dei abutuntur qui in malitia sua persistunt. *Dom. Septuag.*, v. 15, n. 3.

Misericordia humana quotupliciter exerceri possit. *Dom. I post Pent.*, v. 36, n. 3.

Vult Deus a nobis exerceri. *Ibid.*, n. 11.

Deo nos assimilat. *Ibid.*, n. 12.

Perfecta est quae a nemo rogata, sponte ad succurrendum se exhibet efficacem. *Dom. II post Epiph.*, v. 3, lit. h.

Alienas miserias facit suas et pro viribus auxilium praestat. *Ibid.*

Misericordia Dei a divino ejus beneplacito, non vero ab hominis dependet voluntate. *Dom. III post Epiph.*, v. 3, lit. e.

Opera misericordiae per reciprocam misericordiam compensantur. *Ibid.*, v. 6, lit. a.

Apparet divina misericordia in diuturna expectationis patientia. *Ibid.*, v. 1, lit. d.

Ostia est Paradisi. *Dom. V post Epiph.*, v. 24, lit. a.

Misericordiae opera et haec cuiusvis facillima Paradisi fores aperiant. *Dom. VI post Epiph.*, v. 33, lit. a.

Varis Deus utitur modis ut nos ad se trahat. *Dom. IV Ade.*, v. 1, lit. a.

Summa Dei misericordia in Nabuchodonosor conversione. *Ibid.*

Cavendum nobis est, ne misericordiae Dei ita innitiamur, ut obliviscamur iustitiam. *Ibid.*, v. 4, lit. b.

Misericordia Dei quae semper est ad recipiendum peccatorem parata, cooperantem in peccatoribus requirit penitentiam. *Dom. Quinq.*, v. 33, lit. e.

Misericordia Dei a divino ejus pendet beneplacito, non autem ab hominis voluntate. *Ibid.*, lit. f.

Hec est misericordiae dominica vis, quod nocentissimos nosque et gravissimos peccatores in bonum convertat. *Dom. I Quadr.*, v. 3, lit. a.

Nulla major est iniquitas quam ut divina misericordia nobis sit argumentum in lapsum et ruinam. *Ibid.*, v. 6, lit. a.

In misericordia Deus sive quoad se erga nos, sive quoad nos erga alios valde sibi complacet. *Dom. Palm.*, v. 1, lit. d.

In misericordia Dei ejus gloria, divinitas, omnipotentia, maxime refulcet. *Ibid.*, v. 3, lit. a.

Misericordia in egenos Deo maxime probatur ex virtute ipsius pulchritudine, sed etiam ex celeritate. *Ibid.*, lit. e, f.

Septem misericordiae Domini in nobis invenire possumus. *Dom. II post Pasch.*, v. 11, lit. a.

Erga subdilos inesse rectoribus debet, et iusto consulens misericordia et pie sequens disciplina. *Dom. III post Pasch.*, v. 16, lit. h.

Deus nullum profert iudicium, nisi primo suum habuerit locum misericordiam. *Fest. Pent.*, v. 23, lit. j.

Divina Sapientia nos remittit ad Patrem aeternum ad discendam misericordiam. *Dom. I post Pent.*, v. 36, lit. a.

Deus ubi curam misericordiae invenit, ibi imaginem suae pietatis agnoscit. *Ibid.*, lit. c.

In operibus misericordiae, praecunctis aliis, divinitas et magnificentia Domini elucet. *Ibid.*, lit. d.

Nulla omnino re perinde ut misericordia, Deus conciliatur. *Ibid.*, lit. e.

Christus priusquam ex hoc mundo recederet, nullam majorem habuit curam quam ut Apostolorum animis, misericordiae opera inculcarent. *Ibid.*, lit. g.

Misericordia Dei est gloria ejus. *Dom. II post Pent.*, v. 46, lit. a.

Magnus est beneficium quod peccatori praestat Deus, dum aeternam condemnationem suspendit et penitentiam expectat. *Dom. VIII post Pent.*, v. 2, lit. g.

Misericordia et iudicium sunt pedes Christi: utrumque, cum Magdalene, osculandum est. *Dom. IX post Pent.*, v. 44, lit. j.

Misericordia et iustitia inseparabiliter unite sunt et sociatae. *Dom. X post Pent.*, v. 9, lit. a.

Quando de exercendis misericordiae operibus agitur, etiam inimici nobis sunt proximi. *Dom. XII post Pent.*, v. 33, lit. b.

Vera misericordia in opere declaratur, non solum ostendit affectum, nec verba profert. *Ibid.*, v. 34, lit. b.

In omni vocatione fieri potest charitatis exercitium, quo mediante incremur coelestem gloriam. *Ibid.*, lit. c.

Natura ipsa ad misericordiam et compassionem nos instigat. *Ibid.*, v. 37, lit. a.

Nullus alteri miseris potest esse, qui prave vivendo in se misericos non est. *Dom. XIV post Pent.*, v. 24, lit. e.

Misericordia Dei variis utitur modis ut peccatores quantumvis pessimos convertat. *Dom. XVI post Pent.*, v. 1, lit. c.

Misericordia Dei superior est iustitiae ejus, et maxime proclivis ut in beneficium nostrum pietatem suam exhibeat. *Dom. XIX post Pent.*, v. 2, lit. d.

Misericordia Dei purificat animam a vitiis, locupletat charitatum divitiis, accumulat coelestium gaudiorum delicias. *Dom. XXI post Pent.*, v. 27, lit. a.

Nostrae divina misericordia iniquitates submergit in mare. *Ibid.*, lit. b.

**Missa.** — Sacrificium Missae institutum est ad referendas pro continuis acceptis beneficiis gratias. *Dom. VIII post Pent.*, v. 5, lit. a.

In Missa audienda summa requiritur mentis applicatio, devotio interior et exterior, silentium et mentis recolectio. *Dom. X post Pent.*, v. 40, lit. a.  
 Sacrum Missae officium fidei nostrae est columna et fundamentum quoddam. *Dom. XII post Pent.*, v. 23, lit. e.  
 In sacrificio Missae considerari possunt persona quae offert, cui offertur, res oblata, finisque oblationis. *Dom. XIX post Pent.*, v. 2, lit. e. Vide SACRIFICIUM.  
**Modestia.** — Modestia nos obligat, ut propriis, non alienis attendamus defectus. *Dom. III post Epiph.*, v. 8, n. 5.  
 Gratia cum modestia a Deo postulanda sunt. *Fer. VI post Dom. IV Quadr.*, v. 22, n. 4.  
 Dominus Jesus audiens et interrogans Doctores nobis modestiam docet. *Dom. I post Epiph.*, v. 36, lit. b.  
 Vir modestus et inanis gloriae inimicus omnibus est amicus, omniumque animas ad se conciliat. *Dom. XVI post Pent.*, v. 10, lit. b.  
**Moror.** — Transacto morore, quae veniant majoris laetitiae sunt. *Dom. III post Pasch.*, v. 16, lit. f.  
**Molestia.** — Nihil est in hac vita, unde merito perfecte gaudere possimus, sed potius molestia satiumur. *Dom. II post Epiph.*, v. 3, lit. d, e.  
**Monachi.** — Eorum perfectissima obedientia tempore S. Hieronymi. *Dom. IV Aed.*, v. 2, lit. b.  
**Monumentum.** — Ejus etymologia. *Fer. V post Dom. IV Quadr.*, v. 38, n. 4.  
**Mores.** — Omnino nihil prodest nomen sanctum habere sine moribus. *Dom. VII post Pent.*, v. 21, lit. c.  
 Nostrorum qualitas morum ex qualitate dignoscetur sociorum quibuscumque conversari gaudeamus. *Dom. XVI post Pent.*, v. 2, lit. e.  
**Mors.** — Mors iustorum somnus est. *Fer. VI post Dom. IV Quadr.*, v. 11, n. 3.  
 Mors pauperum anteponitur morti divitum. *Fer. V post Dom. II Quadr.*, v. 22, n. 2.  
 Mors est debitum naturae solvendum ab omnibus. *Fer. II post Dom. II Quadr.*, v. 23, n. 2.  
 Mors peccatorum pessima in quo consistat. *Ibid.*, v. 21, n. 14, 18, 16, 17, 18.  
 Divitis epulonis mors triplex, et qualiter. *Fer. V post Dom. II Quadr.*, v. 22, n. 11.  
 Mors animae peccatum. *Fer. VI post Dom. IV Quadr.*, v. 48, n. 2.  
 Mors animae diversa est a morte corporis. *Ibid.*, v. 26, n. 1.  
 Mors Christi expediens est ob multas causas. *Fer. VI post Dom. Pass.*, v. 50, n. 1.  
 Utilis est gregi Christi. *Ibid.*, n. 2.  
 Quot modis Christus intentata. *Fer. II post Dom. III Quadr.*, v. 30, n. 9.  
 Mors Christi fuit voluntaria. *Ibid.*, n. 4.  
 Mors porta est ad vitam aeternam. *Dom. XX post Pent.*, v. 47, n. 18.  
 Mors terribilis ante adventum Christi. *Ibid.*  
 Mors est portus salutis. *Dom. XXIII post Pent.*, v. 24, n. 5.  
 Ejus memoria restaurat animam. *Dom. XVI post Pent.*, v. 40, n. 5.  
 Est frenum contra peccata. *Dom. XV post Pent.*, v. 15, n. 23.  
 Ob eam letandum est. *Ibid.*, v. 13, n. 13.

Dum vicina est, difficulter opera bona facere possumus. *Dom. XVII post Pent.*, v. 33, n. 7.  
 Appropinquante morte, justi ipsi timent. *Dom. I Aed.*, v. 26, lit. e.  
 Mors praecursor est Domini ad iudicium particulare venientis. *Dom. III Aed.*, v. 23, lit. f.  
 Necessitas preparationis indilate ad mortem. *Ibid.*  
 Quare hora nona Christus spiritum emisit. *Dom. IV Aed.*, v. 1, lit. a.  
 Quomodo moritur caro amissa anima, sic moritur anima amisso Deo. *Dom. I post Epiph.*, v. 43, lit. c.  
 Reprimit et compeccit omnes superbos. *Dom. III post Epiph.*, v. 9, lit. d.  
 Mors ad aeternam beatamque vitam patefacit introitum omnibus electis Christi. *Dom. II Quadr.*, v. 2, lit. b.  
 Mors etiam piorum poena peccati est, sed ideo bona ipsis dicitur quia illa bene utuntur. *Fest. Pasch.*, v. 5, lit. a.  
 Non multum refert, quando finiant vitam temporalem qui transeunt in aeternam. *Dom. III post Pasch.*, v. 16, lit. f.  
 Memoria mortis contra omne peccatum universale quoddam remedium est. *Dom. IV post Pasch.*, v. 5, lit. c.  
 Si cum morte nos familiariter conversati fuerimus, nequaquam ab illa offendi timebimus. *Ibid.*, lit. e.  
 Isto malo nullum pejus quam mortem incurere, maxime si sequatur aeterna. *Ibid.*, v. 6, lit. a.  
 In ultimo vitae articulo animae Purgatorii efficaciter intercedunt pro nobis si eas adiuti sumus. *Dom. I post Pent.*, v. 38, lit. g.  
 Vera mors quae ita nominari meretur est anima a Deo, qui vera vita est, separatio. *Dom. IX post Pent.*, v. 43, lit. a.  
 Mors die et hora quae minime expectatur supervenit. *Ibid.*, lit. b.  
 Mors ante omnium oculos versari debet, propter varia quae inde nascuntur bona. *Dom. XV post Pent.*, v. 12, lit. a.  
 Omnis aetas trepida esse debet et de morte, et de genere mortis, et de hora mortis sollicita. *Ibid.*, lit. f.  
 Peccatum mortem accelerat. *Dom. XXI post Pent.*, v. 24, lit. a.  
 Rigorosem examen a Deo factum, mortem supra modum reddit horrendam et terribilem. *Dom. XXII post Pent.*, v. 20, lit. e.  
 Grandium fastum atque superbiam consideratio mortis dejecit. *Dom. XXIII post Pent.*, v. 18, lit. c.  
 In articulo mortis penitentia raro vera est. *Ibid.*, lit. f.  
 Vita in peccatorum deliciis agens, est mors et umbra mortis. *Ibid.*, v. 24, lit. b.  
**Mortificatio.** — Mortificatio efficacium medium ad virtutem et perfectionem comparandam; nec non ad dinoscendam soliditatem verae sanctitatis. *Dom. III Aed.*, v. 21, lit. b.  
 Exteriori, scilicet corporali austeritati spiritualis mortificatio adjungenda est. *Dom. V post Pent.*, v. 20, lit. g.  
 Per mortificationem corpora nostra fiunt gratissimum Deo munus. *Ibid.*, v. 23, lit. d.  
 Mortificatio oculum spirituales purgat et purum ac serenum efficit. *Dom. X post Pent.*, v. 13, lit. i.

Mortificatio est optima ad acquirendam gloriam dispositione. *Ibid.*, lit. j.  
**Mortui.** — Cur in sublimi portentur ad sepulturam. *Dom. XV post Pent.*, v. 12, n. 11.  
**Moyse.** — Moyse mansuetudo familiaritatem Dei meruit. *Dom. XIII post Pent.*, v. 11, lit. c.  
**Mulieres.** — Mulierum fugienda conversatio. *Dom. I post Epiph.*, v. 44, n. 2.  
 Mulieres non sint vagabundae. *Fer. VI post Dom. IV Quadr.*, v. 4, n. 7.  
 Animosiores sunt viris. *Dom. III Quadr.*, v. 27, n. 10.  
 Non sint loquaces. *Fer. VI post Dom. IV Quadr.*, v. 28, n. 6.  
 Mulieres fornicariae opprobrium merentur. *Fer. VI post Dom. III Quadr.*, v. 7, n. 3.  
 Mulieres impudicae loca sacra non frequentant. *Ibid.*, v. 29, n. 4.  
 Mulier data in adiutorium, saepe multorum malorum causa est. *Dom. I post Pent.*, v. 20, n. 4 et 5.  
 Laqueus est venatorum. *Ibid.*, n. 1.  
 Se expollendo, vultum deformat quod est imago Dei. *Dom. XXII post Pent.*, v. 20, n. 12.  
 Mulier gravis signat eum qui peccatis onustus est. *Dom. XXIV post Pent.*, v. 19, n. 2.  
 Vitandum quantum possibile est consortium mulierum propter periculum. *Dom. I post Epiph.*, v. 44, lit. a.  
 Periculosum est cum muliere agere. *Fest. Pasch.*, v. 3, lit. d.  
 Mortifera confabulatio atque conversatio cum mulieribus. *Dom. in Abhis.*, v. 27, lit. b.  
 Mulier quae prima occurrit ad sepulchrum Christi. *Fest. Pasch.*, v. 4, lit. b.  
 Ardentius amant mulieres quam viri. *Dom. XXIII post Pent.*, v. 22, lit. c.  
**Mundani.** — Sic affectu temporalitatis implentur ut inde magis obtineant, ne videant quando illis majora dantur aeternitatis lumina. *Dom. Sexag.*, v. 11, lit. a.  
 Mundani laborant et sudant, ut eant ad infernum. *Dom. XXIII post Pent.*, v. 20, lit. d.  
**Mundatio.** — Utrumque mundari oportet, corpus et animam, sed mundatio haec debet incipere ab interiori. *Fest. Pent.*, v. 23, lit. d.  
**Munditia.** — Munditia animae in quo consistat. *Fer. IV post Dom. III Quadr.*, v. 11, n. 7.  
**Mundus.** — Mundus hunc bonis exiit ut alium dicit. *Dom. Sexag.*, v. 15, n. 4.  
 Nequit administrare laetitiam. *Dom. II post Epiph.*, v. 3, n. 4.  
 Plenus est laqueis et retibus. *Fer. III post Dom. Pass.*, v. 12, n. 2.  
 Ejus dominium servitus est miserabilis. *Dom. I Quadr.*, v. 10, n. 11.  
 Meretur mundus reprehendi multis ex causis. *Dom. III post Pasch.*, v. 10, n. 4, 5, 6 et 7.  
 Signat sensuales. *Dom. III post Pasch.*, v. 20, n. 8.  
 Tribus modis accipitur mundus. *Dom. infra Octav. Nativ.*, v. 34, lit. g.  
 Quo sensu mundum diligere vel odio habere oportet. *Ibid.*  
 Mundi malignitas. *Ibid.*  
 Sic se habent mundus et voluptas, ut rose sint initio, sed postea spine. *Dom. II post Epiph.*, v. 10, lit. c.

Mundus ipse non est malus, sed mala in mundo fiunt ab hominibus. *Dom. II post Epiph.*, v. 2, lit. c.  
 Mare non incongrue mundum hunc nobis representat. *Dom. IV post Epiph.*, v. 24, lit. e.  
 Esca mundi similis est illi quae piscibus, ut capiuntur in aquas profundi solet. *Ibid.*, lit. c.  
 Mundum inter et mare varii paralleli. *Ibid.*, v. 24, lit. l.  
 Deus nos repellit ab uberibus mundi per appositionem amaritudinis. *Dom. III post Pasch.*, v. 20, lit. b.  
 Ubi mundus cogitur timere iudicium, universa mundana decora funditus perduntur, cadit superbia et fastus. *Dom. IV post Pasch.*, v. 8, lit. f.  
 Amicitia mundi inimicitia est in Deum. *Ibid.*, lit. g.  
 Reliquitudine profecto mundus, si quis in aeterna beatitudine ad Patrem ire cogitet. *Dom. V post Pasch.*, v. 28, lit. a.  
 Signis exterioribus pacem praebet, sed non veram pacem dat. *Fest. Pent.*, v. 27, lit. e.  
 Fidem mundus pollicetur; nulli tamen eam, ne quidem amatoribus suis servat. *Ibid.*  
 Vix tempoream dat pacem, et hanc ipsam aeternis recompensandam tumulibus. *Ibid.*, lit. e.  
 In mare quod est mundus, plerique hominum, magno suo periculo, vix digito a gehenna distantes, piscantur. *Dom. IV post Pent.*, v. 5, lit. a.  
 Nullum in mundo est bonum quod non aliquis sit amaritudine respersum. *Dom. IX post Pent.*, v. 14, lit. f.  
 Non potest locus mundus aqua lance expensus uni comparari animae. *Ibid.*, v. 13, lit. c.  
 Omnis mundi consolatio est ficta, apparens, instabilis, morore perflata et remorsu. *Dom. XV post Pent.*, v. 11, lit. a.  
 Quemadmodum tyrannus, mundus homines trahat. *Ibid.*, lit. d.  
 Nequeunt simul stare amor Dei et mundi. *Dom. XXIII post Pent.*, v. 23, lit. b.  
 Fructus mundi ruina est. Ex ruina mundi prope cognoscitur regnum Dei. *Dom. XXIV post Pent.*, v. 32, lit. a.  
**Murmuratores.** — Ne quidem Filio Dei pepercere. *Dom. Pass.*, v. 12, n. 2.  
 Non solum murmurator seipsum destruit, sed etiam cunctos audientes indeicit et perimit. *Dom. III post Pent.*, v. 2, lit. a.  
**Mutus.** — Mutus denotat peccatorem, qui de Deo nunquam loquitur. *Dom. IX post Pent.*, v. 32, n. 10, 11, 12 et 13.  
 Peccator fit mutus ex mala consuetudine. *Ibid.*, n. 15.  
 Mutus est peccator qui non confitetur ob demonem guttur apprehendentem. *Dom. II post Pasch.*, v. 13, lit. c, d.  
**Mysteria fidei.** — Integre et indubitanter credenda sunt et non nisi sobrie perscrutanda et discutienda. *Dom. II Aed.*, v. 2, lit. l.  
 Non sufficit audire, sed oportet in corde conferre mysteria audita. *Dom. infra Octav. Nativ.*, v. 33, lit. d.

**Nabuchodonosor.** — Admirabilis bonitas atque clementia Dei, in hocce monstrum convertendo. *Dom. IV Aed.*, v. 1, lit. a.